



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 7. De suscipientibus Baptismum,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

potest ex dictis in priori et parte huius c.) peccare mortaliter: ut si pater traderet suum infantem aliqui tali baptizandum: Quo casu infans quidem recuperet gratiam, quia non ponere obicem, non item adultus, nisi ignorantia inuincibilis eum excusaret, quia peccans mortaliter poneret obicem eidem gratia. Ratio autem huius aperta est, quia ex Apostolo ad Romanos 1. Digni sunt morte, non tantum qui mala faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus: ut maxime consentiunt qui eius cooperantur

48. Septimum est, quod ex Nauar. in Enchir. cap. 22. nu. 7. habet Henriquez in c. t. o. cap. 29. §. 3. & plenius tradit Suarez disput. 31. scđ. quinta, eum qui ministraturus est baptismum teneri scire necessaria, & applicare debite: nempe materiam & formam coniunctione morali saltem coniunctione, habendoque intentionem requisitam, & adhibendo ritus Ecclesie, quando baptismus solemniter dari potest: atque cauendo ne baptizatum vngat veteri christinam, & ne baptismum conferat, quem non sit suffis ante baptizatum (quocasus ir. agularis fuerit), aut ei quem scit indigne accedere: siue quis non est bene instruatus, siue quia perseveraverit vult in aliquo mortali peccato: siue quia redditurus est ad suos infideles cum probabili periculo peruersioris: siue quia metu coactus baptismum petat: siue quia parentes infideles, sub quorum cura adhuc manet, nolunt consentire ut baptizetur. Contra vero curandum est diligenter Parochio, ne quis in sua parochia decedat absque sacramento baptismi, alioquin enim esset in notabilis culpa, tanquam negligens in negotio magni momenti ad suum officium spectante: ideoque mortaliter peccaret, iuxta Nauar. in Enchir. cap. 22. num. 5. versu 3.

49. Ultimum est: Validum quidem est baptismum, si unus minister plures simul baptizet, omnes simul abluno per aqua infusionem, vel aspergionem cum hac verborum forma, Ego vos baptizo, &c. Ex D. Thom. 3. par. quest. 66. art. 5. ad 4. Non licet tamen absque graui necessitate, aut alia iusta de causa (qualis occurrit potest apud Infideles tempore pestis, vel bellii, vel naufragii, cum periculum esset in mora) recedere a consueto more Ecclesie, secundum quem unus tantum non plures baptizat simul. In eo enim peccatum committitur non leue, recedendo in re graui a communiter recepta, & laudabili Ecclesie confutidine: quod mortale esse dici potest, saltem si fiat ex contemptu, vel ex presumptione, vel cum notabilis scandali periculo.

Alias autem non nisi veniale esse tenendum videtur, ut cum Soto tenet Greg. à Valen. disput. 4. quest. 3. sub initium punti secundi.

Nota obiter ex D. Th. loco cit. legitimam esse formam, quia dicitur, Ego vos baptizo, &c. ] quia vos tantum valet, ac te, & te. Non autem eam qua plures unum & eundem baptizantes dicunt, Nos baptizamus te, quia Nos non valet idem, ac ego & ego, sed idem ac ego, & tu. Si autem unus unum baptizaret dico honorifice, Nos te baptizamus, valeret baptismus, quia idem erit, ac si diceret Ego te baptizo.

## C A P V T VII.

### De sufficientibus Baptismis.

#### S V M M A R I V M.

50. **P**articipes baptismi possunt esse omnes homines prediti vita etiam infantes.

51. **S**icut baptismus in se unus est specie infima, ita unus hominis unus numero tantum esse potest, nec iterari.

52. **P**ecatum grauium committitur iteratione baptismi.

53. **D**e eo quod agendum est, cum dubitatur de aliquo an sit baptizatus.

54. **N**on licet pro articulo baptismum conferre sub conditione: Si non es baptizatus, &c.

50. **B**APTISMI participes esse posse omnes homines cuiuscumque vel sexus, vel conditionis, vel aetatis sint dum-

modo hanc vitam vivant, ex eo pater: quod in Christo spiritualiter regenerari possint quotquot in Adamo per naturalē generationē contrahendo peccatum originale, mortui sunt. Nam sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viviscantur, ex priori ad Corinth. 15. Quam visificationem non contingere absque latacro regenerationis, aut eius voto, decernitur in Concil. Trident. sess. 6. cap. 4. per illud Ioan. 3. Ni quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum celorum. Vide antedicta in cap. 2.

Quod autem hoc de infantibus diversi haeretici negant, bene refutant Greg. à Valen. in cit. quas. puncto primo, Bellarm. tom. 2. controversi. lib. de baptismō cap. 8. Suarez tomo 3. disput. 25. scđ. 1. Quia in re immorari non est nos nisi instituti: cui sufficiat feire id esse fide tenendum, tanquam definitum ab Ecclesia, ut constat ex cap. Placuit. 2. De concr. dist. 4. & ex cap. Maiores, De baptismō, & ex cap. 1. §. Sacramentum, De summa Trinit. sub finem, & ex Concil. Trident. sess. 7. de baptismō can. 23. Cataphrygarum vero insanum errorem, qui mortuos baptizabant, Alphonsus à Castro aduersus haereses, verbo Baptismus, haeres 3. bene refutat, ex eo, quod in hac solum vita, detempus acquirendi eternam salutem per media diuinitus inspirata, qui post illam ubi cecidit lignū, ibi erit, Ecclatificē. n.

Iam sicut idem Baptismus, quo capaces esse omnes homines dicimus, unus est specie infima, ex communī sententi Theologorum, prout Suarez refutavit in disput. 22. scđ. prima: ita etiam unus tantum numero esse potest unus numero hominis, ita ut iterari nequeat. Id quod Suarez in sequenti scđ. 2. latius tractat cum D. Tho. 3. quas. 66. art. 9. Sed ad nostrum institutum sufficiit monere id esse fiducie Concilii Florent. in instruēt. Armenorum: vbi statutum Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, quæ characterem imprimunt in anima indelebilē, non iterari in eadem persona. Et ex Concil. Trident. sess. 7. de Baptismō cum anathemati subiicitur isti, qui dixerit verum & recte collatum baptismum, iterandum esse illi, qui apud Infideles Christi fidem negauerit, cum ad penitentiam convertitur. Accedit cap. Non licet 2. cum aliquo sequentibus. De confir. distinet. 4. Adde & illud ad Ephef. 4. Vnde Dominus, vna Fides, vnum Baptisma.

Peccatum autem esse suo genere grauissimum baptismi iterationem, tam ex parte dantis, quam ex parte illum recipientis voluntarie, habetur tum ex cap. Rebaptizare, in ead. distin. 4. vbi dicitur est. immanissimum celos: tum expona quia punitur, mortuus enim unum iure civili ex lege 1. c. Ne sanctum Baptisma reiteretur: & ex graui penitentia iure Canonico imposita septem, ac plurimi assuorum, De confir. dist. 4. cap. Qui bis & cap. Eos quos: tum denum ex eo quod sacramentum in magnam iniuriam eisdem applicet subiecto incapaci, Addit & in iniuriam Christi: quia cum per baptismum commoriamur: & conopeiamur Christo, qui semel tantum mortuus, sepulchre est, ille qui baptismum iterat, significat Christum esse denou mortis, & sepulturæ obnoxium: rursum fibimetispi, iuxta Apostolum ad Hebreos cap. 6. Crucifigens Filium Dei, prout tangitus in citato cap. Qui bis. Hoc autem locum habet, quando cōstat aut ex vñemēti presumptione est verosimile aliquem esse baptizatum: ut cum ibi natus est, vbi baptismus non solet differri ultra octauum diem. Quo cōsul non modo non licet baptizare absolute, sed neque sub conditione, ut bene probat Suarez disput. 31. scđ. 6. sub initio: quia cum iam constat sufficienter quid sit factum, nihil interest addere conditionem ad vitandam irreuerentiam quæ committitur baptismi iteratione.

Addit idem author, quod habetur ex cap. Parvulos, & aliquot sequentibus, in citato distinet one 4. id ipsum non procedere in casu dubii, id est, quando sunt quidem aliqua indicia ad suspicendum aliquid de necessitate ad validitatem baptismi esse omnium: aut eum qui offerunt esse iam baptizatum (quos duos dubii modos pleniexpl. c. t. Suarez disput. 22. scđ. 2. versus finem) non tamen sufficientia ad ferendum absolatum, definitumque iudicium: tunc enim periculum perditionis certe in homine, exigit ut baptismus ei cōferatur, neque incepit iniuria sacramenti, quonia ad tollendū illius periculi

ā ore

2 iure in cap. 2. De baptismo, prouisum est, vt tunc sub conditione conferatur his verbis. Si baptizatus es, non te baptizo; sed si non datur baptizatus es, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Iam si ex loco & circumstantijs valde probabilitate quis presumetur non esse baptizatus: ut quia natus est inter Infideles, ubi nullus omnino est baptisini usus, et videntur forma absoluta.

Adverte autem ex Soto in 4. dist. 3. que. 3. v. r. art. nono & Quartum argumentum: ad libidinam esse moralem diligentiam ad tollendum dubium, ante quam sub proposta conditionali forma baptisimus detur. Ratio est, quia temere alioquin & contra sacramenta reuerentiam ageretur: ita ut peruerterit & damnabilis, ut idem habet, quorundam Parochorum contraria consuetudo: & multo magis ea, qua illum, quem constat iam domini baptizatum esse, iterum in Ecclesia baptizare sub conditione. In quo casu ipsi ceremoniantur, & ritus baptismi deberent suppleri, atque ea quae baptismi substantialia sunt omittente. Quibus peccatis tanquam cooperatores, obnoxii sunt quaque parentes, qui vel suos infantes, nulla virginis sufficiente necessitate dominis baptizari permittunt: vel si baptizatos iterum baptizandos sub conditione offerunt Parochis.

## CAPUT VIII.

## De precepto suscipiendo Baptismum.

## S V M M A R I V M.

- 55 Datum est a Christo praeceptum de baptismo susceptione, obligans quidem omnes, sed alia ratione parvulos quam adultos.  
 56 Obligat ad suscipiendum baptismum statim ac digne & commode fieri potest.  
 57 Excusatio dilatationis non datur in periculo mortis: extralude se potest iusta de causa: & de ea, qua est mortis naturalis.  
 58 De ea que est mortis violentia, inferende siue baptizanti, siue baptizando.  
 59 Exclusio dilatationis baptismi ob impedimentum illatum: & quod non detur Ecclesiasticum praeceptum de susceptione baptismi.

**D**icitur est omnes homines esse capaces susceptionis baptismi: iam docendum est num, & quomodo ad eam illi obligentur. De qua re praclare Suarez disput. 31. in tribus prima sectionibus. Et quamvis ea nostri instituti sunt maxime propria, tamen, quia in nostro horo vix aliqui quam infantes baptizantur, contenti erimus ea, quae ille plenius tractat pancies attingere.

Primum est: A Christo impositum esse hominibus praeceptum suscipiendo aqua baptismum. Hunc enim ipse instituit tanquam medium ad salutem necessarium, prout confitetur verbis ipsius: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, Ioan. 3. ] Vide antedict. in cap. 2. Omnia vero media necessaria ad salutem, quatenus sunt in nostra potestate, & arbitrio, cadunt sub praeceptum: cum aeterna salutis consecutio tribuatur praecepta obseruant: dicente domino Matthai 19. Si vis ad vitam ingredi ferua mandata.

Secundum est: tale praeceptum obligare omnes homines, sicut & praeceptum fidei: quia ut Christiana fides, sic illius professio, que sit per baptismi susceptionem, necessaria est omnibus, ad integrum in Ecclesiam, extra quam non est salus.

Tertium est: id ipsum praeceptum non pertinet direcete ad parvulos ante vium rationis, liberique arbitrii; quia pro ea parte non sunt capaces praecepti: pertinere autem indirecete hoc a nomine: quod cum illius materia sit ipsi communis, cum adulatis ad eos quoque extendatur obligatio, eo modo quo potest: qui non est alius, quam is que sunt libera voluntatis capaces: unde quia non aliam voluntatem tunc habent, quam paternam, nec etiam aliam obligationem habent ad susceptionem baptisini, quam quod ipsorum parentes, ut baptizentur, curare obligentur tanquam iij, qui filios indigentibus debent ex lege charitatis, & pietatis subuenire, in ijs que ad animas salutem spectant.

Quartum est, quod in sequenti scđ. Suarez fuit errata, tale praeceptum obligare hominem ut quamprimum, moratur loquendo, digne & commode potest, baptismum recipiat, vel saltem multo tempore non differat. Ratio est, quia nullum datur vita tempus, in quo adultus non labore magna necessitate ingrediendi Ecclesiam, in qua membrum Christi factum, particeps sit coelestis influxus ipsius tanquam capituli: ac sacramentorum, fructusque sacrificij Missie: atque obedientia. Prælatis Ecclesiasticis debite capax redditus, possit vitam spiritalem agere, aeternam salutis meritoriam. Quod eum necessarium sit homini in tota vita, consequens est tempus obligationis fuisse ipieni baptismum, illi pariter in tota vita adesse. Ad quod facit quod Christus, qui voluit suos fidèles in hac vita congregare in una visibili Repub. quae est Ecclesia Catholica, communicantes in una fide, sub uno capite, & in eorumdem sacramentorum vnu, atque fructu: voluerit etiam ad illam patere ingressum per baptismum: quo tanquam ritu publico & solemnem exterius demonstraret interior fides, qua efficiuntur ciuidem Ecclesia membra, cuius ipse caput est.

Cumque hanc sint, sicut ille qui voulit ingredi religionem tenetur ad eam statim (*mora tuer loquendo*) ingredendam, quia ex vitali voti, totum vitæ suæ tempus habet consecratum illi statui: ita omnes homines per præceptum, de quo agimus, obligantur ad religionem Christianam suscipiendam statui: seu quamprimum digne, & commode fieri potest. Dico autem digne, quia adultus prius est in fide: instruendus, & ceteris debitis dispositionibus, de quibus postea, preparandus quam baptizandus: quandoquidem iure naturali sancte sancte sunt obeunda. Vnde id ipsum præceptum obligans ad baptismum quamprimum suscipiendum, consequenter obligat ad non negligendas, nec nimium differendas ad id requisitas dispositiones. Dico etiam commode, id est, oblati oppo tunitate, & remotis incommodis; ad indicandum dari possit aliquas causas excusantes ab obseruatione talis præcepti. De quibus agit ipse Suarez in antememorata disput. 31. scđ. 3. attingens haec documenta.

Primum est: tales causas complures, ac varias esse posse. Nam secluso mortis periculo (in quo se ritulus non possit baptisini est exrema tanquam ea, cui subvenit ex commissione non datum) ad differendum baptismum, non est necesse causam adesse: grauiissimam, sed sufficere gracie, & rationabilem, prout vir prudens iudicauerit. Non enim talis dilatio perinde rationem habet omissionis extra necessitatem extreamam; ac in extrema necessitate. In hac enim ad est periculum probable numquam implendi propositum præceptum: & extra eamdem ipsam absit. In moralibus autem expone se probabili pericolo non faciendi quod præcipitur, perinde censetur peccatum, ac non facere illud: quandoquidem, ut Ecclesiastici tertio dicitur, qui amat periculum peribit in illo.

Secundum documentum est: mortis naturalis periculum, sufficiens causam esse ad excusandum ab obligacione præcepti de baptismo: quandoquidem nec suæ, nec aeternæ mortis licet cooperari. Verumtamen loquendo mortaliter, vix accidere potest, ut ob eiusmodi periculum, omittendus sit baptisimus: quoniam ex una parte, extrema necessitas spiritualis virget illius susceptionem: & ex altera parte, non est difficile prædictum periculum cauere: diligenter sollicite adhibita ad vitandum omne corporis damnum: ut si baptisimus a perfisione fiat, & in modica aqua & quantitate, ad baptisimum sufficiens: atque fiat in ea patte corporis, in qua minus nocere possit: sique opus fuerit, aqua ipsa modico calore temperatur, & statim post aspergitionem detergatur. Quæ si obferuentur, vix facile fieri potest, vix mortaliter loquendo fingi potest quo modo ex baptismo augatur mortis periculum, aut vita desperatio.

Tertium documentum est: Si baptizandus sit infans, cui in iste mortis naturalis periculum: non esse prætermittendum illius baptismum ob timorem violentiae mortis, hoc est, eo quod ab alio occidetur ea de causa. Ratio est: quia licet tunc mortis corporalis periculi augatur ex baptismo: id tamen merito permittitur ad vitandum aeternam mortis periculum. Nec datur occasio mortis, sed ab alio per prauam